# Araliacearum Madagascariae et Comores exordium : 1. Revisio et taxa nova Schefflerarum

Autor(en): **Bernardi, Luciano**

Objekttyp: **Article**

Zeitschrift: **Candollea : journal international de botanique systématique = international journal of systematic botany**

Band (Jahr): **24 (1969)**

Heft 1

PDF erstellt am: **03.07.2024**

Persistenter Link: https://doi.org/10.5169/seals-880179

**Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.
Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.
Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

**Haftungsausschluss**

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

Ein Dienst der *ETH-Bibliothek*
ETH Zürich, Rämistrasse 101, 8092 Zürich, Schweiz, www.library.ethz.ch

**http://www.e-periodica.ch**

Candollea 24/1: 89-122. 1969.

*Opusculum hoc memoriae optimorum virorum*
*Henrici Humbert et Caroli Baehni dicatum.*

# Araliacearum Madagascariae et Comores exordium.
# 1. Revisio et taxa nova Schefflerarum

Auctore
LUCIANO BERNARDI, felsineo


## RÉSUMÉ.

L'étude des collections d'Araliacées de Madagascar pour la Flore de cette île a donné les conclusions systématiques suivantes:

– Les Araliacées à feuilles simples ou digitées, à fleurs non articulées, appartiennent toutes au genre *Schefflera.*
– Les *Cussonia* sont absents de Madagascar; les Comores ont en revanche: *Cussonia spicata* Thunb.
– *Neocussonia* Hutch.n'est qu'un synonyme de *Schefflera.*
– Taxons nouveaux présentés ici: *Schefflera Frodiniana*, *S. Staufferana*, *S. Weibeliana*, *S. myriantha* var. *attenuata*, *S. vantsilana* var. *litoralis.*
– Combinaisons nouvelles pour la flore d'Afrique: *S. umbellifera* var. *Buchananii* (Harms), *S. lukwangulensis* (Tennant). Il n'est pas inutile de signaler que dès 1878 H. Baillon avait transféré *Cussonia umbellifera* dans *Schefflera* !
– Combinaisons nouvelles pour Madagascar: *S. Capuroniana* (Bernardi) avec var. *bracteolata* (Bernardi), *S. longipedicellata* (Lecomte), *S. monophylla* (Bak.), *S. vantsilana* (Bak.). Le *Cussonia Bojeri* avait été transféré à *Schefflera* par R. Viguier en 1906, mais d'une façon peu orthodoxe, qui avait échappé aux spécialistes.
– Nom nouveau: *S. macerosa*, pour *Cussonia racemosa* Bak. (épithète occupée par Merrill 1918 avec *Schefflera racemosa*, de Bornéo).
– *Schefflera longipedicellata* est l'espèce la plus variable végétativement de celles présentées ici; la variation foliaire entre les échantillons et dans les mêmes échantillons est présentée graphiquement.
– La section *Meiopanax*, proposée par Baillon en 1878 et 1880, n'est qu'une logique et inévitable amplification du genre *Schefflera.* En revanche le genre est réduit par Hutchinson (1967), sur la base de la forme des inflorescences, de nombreuses sections, devenues genres. Ce point de vue ne porte qu'à l'atomisation de ce genre – et aussi de la famille – dans dans une quantité de taxons artificiels.
– Chaque espèce est accompagnée d'une description assez détaillée et qu'on espère complète, car les vieilles espèces (Baker, Drake, Lecomte) ont été présentées d'une façon trop succinte.



## ZUSAMMENFASSUNG.

Das Studium der Araliaceenbelege von Madagaskar, das im Rahmen der Vorbereitungen für eine Flora dieser Insel unternommen wurde, führte zu den folgenden systematischen Erkenntnissen:

- Die Araliaceen mit einfachen oder gefingerten Blättern und ungegliederten Blütenstielen gehören sämtlich zur Gattung *Schefflera.*
- Die Gattung *Cussonia* ist auf Madagaskar nicht vertreten; auf den Komoren findet sich dagegen *Cussonia spicata* Thunb.
- *Neocussonia* Hutch. ist lediglich ein Synonym von *Schefflera.*
- Die folgenden neuen Sippen wurden beschrieben: *Schefflera Frodiniana, S. Staufferana, S. Weibeliana, S. myriantha* var. *attenuata, S. vantsilana* var. *litoralis.*
- Neukombinationen für die afrikanische Flora: *S. umbellifera* var. *Buchananii* (Harms), *S. lukwangulensis* (Tennant). Es sei betont, dass Baillon schon 1878 *Cussonia umbellifera* zu *Schefflera* gestellt hat !
- Neukombinationen für Madagaskar: *S. Capuroniana* (Bernardi) mit var. *bracteolata* (Bernardi), *S. longepidicellata* (Lecomte), *S. monophylla* (Bak.), *S. vantsilana* (Bak.). *Cussonia Bojeri* wurde schon 1906 von R. Viguier in die Gattung *Schefflera* überführt. jedoch in einer unorthodoxen Weise, die der Aufmerksamkeit der Spezialisten bisher entgangen ist.
- Neuer Name: *S. macerosa*, für *Cussonia racemosa* Bak. (da das Epitheton 1918 von Merrill für eine *Schefflera racemosa* von Borneo verwandt wurde).
- *Schefflera longipedicellata* ist die im vegetativen Bereich polymorphste der hier untersuchten Arten; die Variation der Blätter verschiedener Belege und eines selben Belegs wurde graphisch dargestellt.
- Die 1878 und 1880 von Baillon vorgeschlagene Sektion *Meiopanax* stellt eine logische und unvermeidliche Erweiterung der Gattung *Schefflera* dar. Anderseits wurde die Gattung von Hutchinson (1967) aufgrund von Infloreszenzmerkmalen um viele in den Gattungsrang erhobene Sektionen gekürzt. Dieser Standpunkt führt indessen lediglich zu einer Atomisierung der Gattung – wie auch der Familie – in zahllose künstliche Taxa.
- Bei jeder Art findet sich eine ausführliche und möglichst vollständige Beschreibung, denn die älteren Arten eines Baker, Drake oder Lecomte sind ursprünglich allzukurz beschrieben worden.

SUMMARY.

The following conclusions were arrived at in the framework of the Flora of Madagascar after a monographic study of the *Araliaceae* collected there:

- *Araliaceae* with simple or digitate leaves and non articulate flowers all belong to the genus *Schefflera.*
- *Cussonia* is not represented in Madagascar although *Cussonia spicata* Thunb. is to be found in the Comores.
- *Neocussonia* Hutch. is only a synonym of *Schefflera.*
- The following new taxa have been described: *Schefflera Frodiniana, S. Staufferana, S. Weibeliana, S. myriantha* var. *attenuata, S. vantsilana* var. *litoralis.*
- New combinations for the African flora: *S. umbellifera* var. *Buchananii* (Harms), *S. lukwangulensis* (Tennant). It may be worth wile underlining here that Baillon had already transfered *Cussonia umbellifera* to *Schefflera* in 1878 !
- New combinations for Madagascar: *S. Capuroniana* (Bernardi) with var. *bracteolata* (Bernardi), *S. longipedicellata* (Lecomte), *S. monophylla* (Bak.), *S. vantsilana* (Bak.). *Cussonia Bojeri* was placed in *Schefflera* by R. Viguier in 1906, but in an unorthodox manner which has escaped the notice of the specialists.
- New name: *S. macerosa*, for *Cussonia racemosa* Bak. (the epithet being used by Merrill in 1918 for *Schefflera racemosa* from Borneo).
- *Schefflera longipedicellata* is the most polymorphous species dealt with here: the leaf variation exhibited between the specimens studied and within the same plant have been expressed in the form of graphs.
- The section *Meiopanax* proposed by Baillon in 1878 and 1880 is a logical extension of the genus *Schefflera.* On the other hand Hutchinson (1967) in his tratment of this genus, based on the structure of the inflorescence, fragments it and makes genera of many of its sections. This concept leads to the explosion of both genus and family into a mass of artificial taxa.
- Each species is accompanied by a detailed description, as complete as possible it is hoped, for the older taxa (Baker, Drake, Lecomte) were but too breefly described.

## Introductio

Ut offeruntur in opusculis infra citatis, a Baker, Drake del Castillo, Baillon, Harms, Viguier, Bernardi confectis, species *Araliacearum* Madagascariae foliis digitato-compositis, simplicibus vel vix lobatis, inflorescentiis umbellatis vel racemosis etiam spicatis, pedicellis haud articulatis, carpellis duobus usque quinque, albumine leve aut ruminato, generibus *Cussoniae* et *Schefflerae* adscribendae sunt.

Si bene coniecturas auctorum explano, in *Cussoniam* immittendae species essent quibus: carpella dua, inflorescentiae praecipue racemosae, albumina ruminata adsunt; et contra ad genus *Schefflera* pertinerent species illae quae carpellis quinque, inflorescentiis praecipue umbellatis, albumine leve ornantur.

Albumen quidem, leve vel ruminatum, haud satis perscrutatum ab auctoribus per studium collectionum Madagascariae copiosarum anno 1966 inceptum mihi videbatur. Quam ob rem duobus *Cussoniis* (videlicet *C. Capuroniana* var. *Capuroniana* et var. *bracteolata*; *C. Fosbergiana*) floram Insulae Grandis augebam (Bull. Soc. Bot. Suisse. 76: 360-364. 1966) simulque praebebam, fructu sic indicato (l.c.: 361) "Semina partim pyrenes replent, plus minusve sulcata vel costata, sat inordinate (at "ruminata" ut dicuntur apud auctores pro genere, minime vidi, an ob fructus hic immaturos, nescio)"; (l.c.: 364) ..."semina omnino pyrenes replent, minime ruminata – ut auctores dicunt de genere – sed modo testa scrobiculata". *Schefflera Favargeri* et *Halleana* eodem libello (l.c.: 369-371) a me nuncupabantur, inflorescentiis racemosis umbellulis confectis, ovario 2(-3) loculare (*Schefflera Favargeri*), vel umbellis compositis, ovario 3(-2) loculare (*Schefflera Halleana*), utraque species seminibus albumine leve praedita.

Species tunc characteribus sat idoneis munitas considerabam at, nunc confiteor, in genera haud bene discriminata immissas.

Nuper clarus J. Hutchinson acerrimus, aetate gravis sed corde juvene, solus ut velites animosus nisi temerarius adversus elephantos diros cataphractosque, in vol. 2 "The Genera of Flowering Plants": 55-81. 1967, familiam totam *Araliacearum* inspicit. Inflorescentiarum forma ab eo maximo pretio – et mihi videtur: nimis multum ! – aestimatur. *Cuphocarpus*, ad exemplum, genus tantum Madagascariae, quod conspicitur omnibus partibus cum *Polysciade* peraffine, pyrene una praeditum extrema deminutione, ab auctore illo valde remotum a *Polysciade*, in tribu *Cussonieae* subtribu *Dipanacineae* collocatur. Et juxta *Cuphocarpum*, *Reynoldsiam* invenimus, genus 8-18 carpellatum quod – mea sententia – proximum vel potius idem quam *Gastonia* et *Tetraplasandra* quippe conspicitur ! Et sagacissimus quidem H. Harms, genera ista quasi adnata in adumbratione affinitatum *Araliacearum* delineavit, anno remoto 1894 (Engl. & Prantl, Nat. Pflanzenfam. 3/8: 23). Nunc *Reynoldsia*, *Gastonia*, *Tetraplasandra* tribubus distinctis disiungantur in Hutchinson; *Reynoldsiam* dixi, *Tetraplasandra* in tribu 3 *Plerandreae* (l.c.: 61) *Gastonia* in tribu *Panaceae* (sic !; l.c.: 68) inveniuntur.

Tempus longius ad sententiam totius familiae nunc mihi abest, *Araliaceis* Malacassis itineris causa (*X*. 1967/*X*. 1968) a me neglectis, ergo de illis praecipue proferam.

Clarus Hutchinson (l.c.: 79) genus novissimum *Neocussoniam africanum* profert (*N. umbellifera*, *N. Buchananii* ei sunt) simulque malacassum (*N. monophylla, N. myriantha* et *N. Bojeri*). Hui generi fundamenta et discriminationes erga *Cussoniam* sunt: inflorescentiae, quae umbellae paniculatae describuntur (in *Cussonia*: spicae densae) et albumen, certe ruminatum in *Cussonia*, sulcatum in *Neocussonia*. Sed, maestus hoc dicam, *Neocussonia* ab animoso Hutchinson in tribum 7. *Hedereae* immittebatur, ubi genera albumine semper ruminato – ex tribus definitione – praestantur. *Neocussonia* igitur a tribu septima aliena mihi videtur; ut genus validum, necessariumque, aut supervacaneum et noxium, hic nunc praetereo.

*Neocussonia* etiam ovario 2-loculato praedita ab auctore adumbratur, *Neocussoniam* laetus equidem salutavi, quia *Araliacearum* specimina nimis multa foliis simplicibus, digitato-compositis et obhastatis, inflorescentiarum maxime formis dissimilibus, floribus – praeter carpellorum numerum – uniformissimis ita ut fructubus, prae me exstabant. *Cussonia* et *Schefflera*, ut dudum exponebam, genera infida ut omnia specimina illa acciperent a me putabantur.

*Neocussonia monophylla* (Bak.) Hutch. et *N. myriantha* (Bak.) Hutch. tamen inspectis, ratio hujus generis sat caliginosa mihi obvenit, quia minime ovarium 2-loculare inveni, sed solemniter 5-loculare; semen in pyrene fere solutum minime adhaerens et albumen leve vidi. *Neocussonia Bojeri* (Seem.) Hutch. quidem ovario plerumque 2-loculato observabatur, et semine penitus ad pyrenem adhaerente, albumine igitur foveolato et sulcato. Ex speciminibus visis ergo, *Neocussonia monophylla* et *N. myriantha* pleno jure ad *Scheffleram* pertinent, ita ut hoc genus describitur in Hutchinson (l.c.: 69); alia species, *Schefflera Humblotiana* Drake, tam congruit cum indictis, ut seriem naturalem, mea sententia, constituant.

"*Neocussonia* floribus umbellatis, umbellis paniculatis a *Cussonia* differt", scripsit cl. Hutchinson (l.c.: 79); tamen ex naturae speciminibus malacassis, crebrae adstant *Araliaceae* foliis simplicibus vel digitatis, inflorescentiis digestis in paniculas racemorum vel spicarum, ad quod genus – posco – licet has species adscribere? Ab *Cussonia* abhorrent albuminis levis causa... ergo *Neocussoniam*, parum emendandam, opinabar, speciebus ovario 2(-3) loculare, inflorescentiis ab umbellulis confectis, vel floribus sparsim digestis, albumine sulcato vel areolato, numquam ruminato, constitueri. Sic opinabar... sed in Madagascaria australi frutices vel arbores crescunt, inflorescentiis racemosis, foliis simplicibus (ut *Noecussoniae* emendatae etiam deceret), at ovario 5(-4) loculare, seminibus albumine leve, in pyrene fere solutis (ut invenitur in nonnullis *Scheffleris* malacassis).

Observamus demum ambigua simulacra: *Cussoniam Bojeri* Seem. – numero loculorum et seminum adhaesione exceptis – cum natura *Scheffleraruin* Madagascariae ab antiquo descriptarum permulto congruere; et specimina quae circa *Humbert 6922* (a me ut typus *Schefflerae Staufferanae* reputatur, vide infra) concurrunt, pluribus, id est: ramulis, foliis, florum compositione et praecipue inflorescentiis, simillima *Cussoniae Capuronianae* (utriusque varietatis) conspiciuntur, tamen ovario 5 – raro 4 – loculare ornantur, ita ut *Schefflerae* maxima specierum pars, non solum ex Madagascaria. Etiam insuper: ad *Scheffleram Halleanam*, longis cogitationibus peractis, adiunxi specimina: *Perrier 6883, 16127* – utrumque ex monte Tsaratanana – imprimis inflorescentiis (hic tamen gracilioribus et brevioribus quam in reliquis speciminibus hujus speciei) ab umbellulis confectis; ceterum *Cussoniae Capuronianae* var. *bracteolatae* simillima adsunt, vix separanda ut species, minime ergo in generibus distinctis collocanda. In monte Andohahela autem, Madagascariae australis, ab optimo *Humbert* specimen legebatur, n° ejus *13591* (typus *Schefflerae*

*Frodinianae*, vide infra), quod racemis productis umbellularum, foliis digitatis, ovario (3-)4-5 loculato, sive ad species africanas nuper *Cussoniam umbelliferam* Sond. et *Cussoniam Buchananii* Harms nuncupatas – praecipue of inflorescentiae formam – accedit, sive loculis ovarii cum *Schefflera myriantha* et affinibus Madagascariae congruit !

Speciminum responso, denique, et non lucubratione vel opinione praeiudicata, compellebar statuere:

– Omnia specimina malacassia foliis simplicibus etc. (vide supra, ad initium) intro unum genus ferre.
– Albumine ruminato majoris momenti considerato (quam ad exemplum, forma inflorescentiae) *Cussoniae* genus omnino ab Madagascaria abesse; de hoc certior fiebar speciminibus complurimis examinatis sub lente et magna cum patientia. Hoc genus contra insulas Comores specie africana *Cussonia spicata* Thunb. (= *Cussonia Boivinii* Drake) incolit.
– *Neocussoniam* natam-mortuam, id est genus vanum, supervacaneum.
– Genus quod specimina tenebit, *Schessleram* esse, antiquum, vastum et multifarium.

Ne sectiones vanas indicarem, angustiis locorum hic offertis, quoniam Madagascaria minuscula provincia totius *Schefflerae* imperii est, species hic offerentur in series tantum ordinatae, ad usum et commodum florae Madagascariae curiosorum. Tantum mihi liceat opinionem meam de hoc principe *Araliacearum* genere, brevibus verbis proferre:

– *Schefflera* Forst. sensu Harms non Hutch. cujus synonymiae addenda est: *Neocussonia* Hutch., Gen. Flow. Pl. 2: 79. 1967.
– Sectio *Meiopanax* a celso Baillon adumbrata (vide: Hist. des Pl. 12: 162, nota 1. 1880) a me censetur valida, naturalis, opima ob distributionem: nonnullae species Madagascariae ad eamdem pertinent, cum speciebus africanis, ex Nova Caledonia et reor etiam americanis, quae adhuc commixtae cum speciebus *Didymopanacis* inveniuntur: tantum unam hic indicabo: *Didymopanax attenuatus* March., qui omnino cum *Schefflera Bojeri*, *umbellifera*, *lukwangulensi* convenit.
– Quoad attinet ad species Africae sectionis *Neocussoniae* Harms (vide: Harms in Engl. & Prantl, Nat. Pflanzenfam. 3/8: 54. 1894; idem in Bot. Jahrb. 26: 251. 1899) paucis verbis hic praebentur, mutatione generica affectae eisdem causis, id est, albumine haud ruminato, nullo charactere cujusdam ponderis discriminante a *Schefflera.* Eae sunt:

**Schefflera umbellifera** (Sond.) Baill., Adansonia 12: 147. 1878; Hist. des Pl. 7: 162. 1880.
= *Cussonia umbellifera* Sond., Linnaea 23: 49. 1850; Seem., Journ. Bot. 4: 298. 1866; Benth. & Hook., Gen. Pl. 1: 945. 1867; Harms, l.c., 1894 Viguier (implicite) Ann. Sc. Nat. ser. 9, 4: 118. 1906; Tennant, Kew Bull. 14: 220. 1960 (*Cussonia umbellifera* var. *umbellifera*).
= *Neocussonia umbellifera* (Sond.) Hutch., Gen. Flow. Pl. 2: 79. 1967.

**Schefflera umbellifera** (Sond.) Baill.var. **Buchananii** (Harms) Bernardi **comb. nova**
= *Cussonia umbellifera* Sond. var. *Buchananii* (Harms) Tennant, Kew Bull. 14: 220. 1960.
= *Cussonia Buchananii* Harms, Bot. Jahrb. 26: 251. 1899 p. p. (vide Tennant, l.c.).
= *Neocussonia Buchananii* (Harms) Hutch., l.c.

**Schefflera lukwangulensis** (Tennant) Bernardi, **comb. nova**
= *Cussonia lukwangulensis* Tennant, Kew Bull. 14: 221. 1960; idem in Fl. Trop. East Afr., Araliaceae: 11, fig. 3 (1-2). 1968.

— Revisio totius *Schefflerae* generis desideratissima quippe est, quia familia *Araliacearum* in globo ab hujus generis explanatione clarior fiet.

## Animadversiones

Iter ad insulas australes, ad *Araliacearum* specimina obtinenda, etiamque Madagascariam et Comores, mihi conficere licebat gratia Fundi Helvetiorum nationis ad scientiae investigationes (FNSRS, petitione 3420) de mense Octubris exeunte 1967 ad 1968 kalendas Junias. Ita in silvis et in apertis totius fere Insulae Grandis, Grande Comore et Moheli legebam laetissimus specimina creba imprimis *Araliacearum.* Nonnullas species hujus familiae sic augebam locupletorum speciminum, sed omnes invenire tantum duobus mensibus illic peractis, minime mihi licebat. Maximae virtutis tamen iter illud erat ut familiam melius intellegerem, quam ob rem singulares gratias Fundo nuper indicto ago, in personam ejus rectoris prof. A. de Muralt.

Botanicus acerrimus Renatus Capuron, Augusta Ausciorum ortus (Auch, Gers) ex viginti annis Madagascariae incola, itineris ad partem australim insulae magister et comes et hospes, me saepissime stupefecit ob amplissimam et praeclaram florae Madagascariae scientiam. Liceat mihi hic gratias ei agere benevolentia hospitalitate sapientiaque tam liberaliter dispensatis.

Specimina quae hanc investigationem permiserunt, fere omnia ad Herbarium Lutetiae (P) pertinent — perpaucis herbarii Conservatorii exceptis —; gratias Prof. A. Aubreville ago, nuper rectori Lutetiae Herbarii, ob longam benevolentem mutuationem *Araliacearum* Madagascariae.

Delineationes specierum confectae sunt a dominillis Lina Guibentif, Danielle Calame et domina Marianne Liou; omnes gratias meas accipiant; etiam diligentibus editionis curatoribus, dominis Greuter et Joguin, gratias porrigo.

*Scheffleris* confectis, spero — si vires mihi non aberunt et malariae febres, in insulis Novarum Ebudarum contractae, nunquam reveniant — cito me *Polysciadum* Madagascariae revisionem confecturum esse.

## Pars systematica

**Schefflera** Forst. sensu Harms 1894 (et Baillon, Hist. des Pl. 12: 162 quoad sectionem *Meiopanax*); non Hutch., Gen. Flow. Pl. 2: 69. 1967. Pro ut synonymia, sequor Harms in Engl. & Prantl, Nat. Pflanzenfam. 3/8: 35. 1894, atque addo:
= *Neocussonia* Hutch., l.c.: 79.

Pro ut speciebus malacassis: Plantae lignosae foliis digitatis, ternatis, unifoliolatis vel simplicibus, stipulis intrapetiolaribus vel obsoletis, inflorescentiis umbellulis confectis vel floribus inspersis, pedicellis numquam articulatis, ovario 2-5-loculare.

### *Clavis serierum*

1 Inflorescentiae umbellulis semper confectae . . . . . . . . . . . . . . . . . . 2

1* Inflorescentiae racemosae vel spicatae, ovarium 2-3-, interdum 4-5-loculare . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . series *Racemosae*

2 Ovarium 5(4)-loculare . . . . . . . . . . . . . . . . . . . series *Myrianthae*

2* Ovarium 2(3)-loculare . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . series *Anticipes*

### *Clavis seriei Myrianthae*

**Schefflera** ser. **Myrianthae** Bernardi, **ser. nova**
Frutices vel arbores saepe ab initio arboricolae et scandentes, ovario (4)5-loculare. Species typica: *Schefflera myriantha.*

1 Umbellae compositae; nervi laterales laminarum ultra 20-jugi . . . . . . 2

1* Racemi robusti ab umbellulis confectis; nervi laterales 6-7-jugi (folia digitata) . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 5. *S. Frodiniana*

2 Folia unifoliolata vel (2)3-foliolata, foliolis lateralibus valde minoribus; petioli quam laminae permulto breviores maximum 3 cm longi . . . . . . 1. *S. monophylla*

2* Folia digitata, petiolis quam foliolis productioribus minimum 14 cm longis . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 3

3 Umbellae plerumque latiores quam longae . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 4

3* Umbellae longiores quam latae; foliola anguste ovata . . . . . . . . . . . . 4. *S. Humblotiana*

4 Foliola late ovata, interdum cordata et acuminata . . . . . . . . . . . . . . . 2. *S. myriantha* var. *myriantha*

4* Foliola elliptica utrimque attenuata . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 3. *S. myriantha* var. *attenuata*

*Clavis seriei Anticipes*

**Schefflera** ser. **Anticipes** Barnardi, **ser. nova**

Frutices vel arbores monticolae, ut constat ex schedulis numquam arboricolae nec scandentes, umbellis compositis, interdum racemis umbellularum, ovario 2-3-loculare. Species typica: *Schefflera Bojeri.*

1 Folia trifoliolata, raro 5-foliolata; umbellae compositae gracillimae; foliola anguste elliptica vel anguste obovota, petiolo gracili; ovarium 2-, raro 3-loculare . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 6. *S. Bojeri*

1* Folia simplicia, obovata; umbellae robustae; folia rachide lignosa, petiolo valido . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 2

2 Folia lamina 14(18) x 4(6) cm, apice obtuso saepe retuso, petiolo terreti; ovarium saepius 2 loculare; inflorescentiae interdum racemi umbellularum . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 7. *S. Favargeri*

2* Folia lamina 7-9 x 3-3,5 cm, apice mucronulato, petiolo anguste canaliculato; ovarium saepius 3-loculare; inflorescentiae, ut constat, semper umbellatae . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 8. *S. Halleana*

*Clavis seriei Racemosae*

**Schefflera** ser. **Racemosae** Bernardi, **ser. nova**

Arbusculae vel arbores ut videtur non arboricolae, floribus numquam umbellatis. Species typica: *Schefflera longipedicellata.*

1 Inflorescentiae racemosae, pedicellis distinctis . . . . . . . . . . . . . . . . 2

1* Inflorescentiae spicatae, interdum – juxta fructificationem – floribus brevissime pedicellatis . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 8

2 Folia simplicia . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 3

2* Folia trifoliolata vel digitato-composita . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 5

3 Ovarium 2-3-loculare . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 4

3* Ovarium (4)5-loculare, laminis obovatis, crenato-serratis . . . . . . . . . . 11. *S. Staufferana*

4 Laminis solemniter obhastatis . . . 9. *S. Capuroniana* var. *Capuroniana*

4* Laminis oblongis vel obovatis . . . 10. *S. Capuroniana* var. *bracteolata*

5 Paniculae racemorum quam folia aequilongae vel breviores . . . . . . . . 6

5* Racemi assurgentes quam folia productiores; folia trifoliolata, foliolis oblongis, emarginatis, integris . . . . . . . . . . . . . . 15. *S. Fosbergiana*

6 Foliola distincte petiolulata (2-3 cm), margine crenato; ovarium 3-4-loculare . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 12. *S. Weibeliana*

6* Foliola sessilia; ovarium 2-3-loculare . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 7

7 Foliola articulata oblongo-lineata, crenato-serrata . . . 13. *S. macerosa*

7* Foliola haud articulata, emarginata saepe obcordata, margine integro 14. *S. longipedicellata*

8 Foliola solemniter obhastata, apice truncato . . . . . . . . . . . . . . . . . . 16. *S. vantsilana* var. *vantsilana*

8* Foliola obovata, apice retuso . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 17. *S. vantsilana* var. *litoralis*

**1. Schefflera monophylla** (Bak.) Bernardi, **comb. nova**

= *Cussonia monophylla* Bak., Journ. Linn. Soc. 20: 155. 1883; Harms in Engl. & Prantl, Nat. Pflanzenfam. 3/8: 54. 1894; Drake, Journ. de Bot. 11: 124. 1897; Viguier, Ann. Sc. Nat. ser. 9, 4: 11. 1906.

= *Neocussonia monophylla* (Bak.) Hutch., Gen. Flow. Pl. 2: 79. 1967.

Frutex vel arbor ad 20 m alta, saepe arboricola et scandens (ut patefit ex schedulis ab initio arboricola et visu quandoque ut magna scandens, denique ut arbor omnino libera sustentu), *ramulis* teretibus, levibus, crassis, superne sat compressis, ab cicatricibus foliorum delapsorum saepe signatis, lenticellis obsoletis

*Folia* glabra, coriacea, obovata, apice acuto vel obtuso, interdum retuso vel acuminato, basi cuneata, 10-12 x 3-4 cm, unifoliolata, 2-foliolata et saepius 3-foliolata, petiolo communi plerumque brevi, 5-10 mm, raro 2-3 cm longo, semiterete, ad laminas distincte articulato; foliola cum binata, aequalia conspiciuntur, ternata saepe foliolis lateralibus vix evolutis; nonnulla specimina offerunt folia solemniter unifoliolata, binata et trifoliolata ex eodem ramulo, altera plerumque foliis ternatis praedita, nonnulla foliis tantum unifoliolatis ornantur ! Ideo character ex foliolorum numero pro ut hac specie valde inanis patefit (una cum epitheto infelicissimo). *Stipulae* ad basim petioli adnatae, intrapetiolares quoque; costa robusta, utrimque prominens; nervi laterales recti assurgentes, crebri, gracillimi, 25-30(40-50 !)-juga; reticulum gracile, in sicco sub lente conspicuolum.

*Umbellae* ad apicem ramulorum ternae vel quaternae, ter vel quater compositae, saepe ampliores quam longae, 8-10(16) cm altae, 12-14(18) cm amplae; umbellulae postremae 5-6-florae; bracteae parvae membranaceae, triangulares, persistentes, margine ciliolato, ad ramificationes inflorescentiae adsunt.

*Flores* parvi, glabri, pentameri, in alabastro vix 3 mm longi, pedicellis 3 denique 5 mm longis, minime articulatis (ut Baker erroneus statuit !). *Calyx* obsoletus, ut margo scariosus undulatus in floribus vetusculis – corolla delapsa – apparet. *Petala* triangularia, tenaciter valvata, crassa, apiculo carnoso intus, 1 mm lata, vix 2 mm alta. *Stamina* filamentis apice attenuatis, ne 1 mm quidem longis, antheris polliniferis late ovoideis, dorsifixis, 1 mm longis, fere 1 mm latis. *Stili* 5 adnati, conum efformantes, regione stigmatica punctiformi, e disco carnoso latoque emergunt. *Ovarium* 5-loculare.

*Fructus* (tantum ineuntes adsunt) parvi, 8(9) mm cum pedicello longi, stilopodio carnoso late conico coronati, stilis nonnumquam divaricatis vel rectis et adnatis, apice stigmatico conspicuolo. *Pyrenes* cartilagineae, translucidae, 2 x 1 mm, semine albo vix sulcato, albumine penitus leve.

NOMINA VERNACULA: Hazombatoberavina; taforo; vandimbiny; variaho.

TYPUS: *Baron 1279* (ex Madagascaria centrali, Imerinae nemoribus; floribus immaturis, foliis unifoliolatis).

DISTRIBUTIO. CENTRE-NORD: Diego-Suarez, des Roussettes au Grand Lac de la montagne d'Ambre, *Homolle 92, 102*; montagne d'Ambre, *S. F. 12802*; massif de l'Anjanaharibe à l'ouest d'Andapa, haute Andramonta, bassin de la Lokoho, forêt ombrophile sur gneiss et granite, 900-1000 m, grand arbre, *Humbert 24570*; ibidem, 800 m, liane sarmenteuse, *Cours 3914.*

CENTRE: Ambodiriana, Tamatave, liane, *R. N. 4542* (legit *Rakotoniama*); au NE de Tananarive, arbuste semi-epiphyte, *Perrier 18529*; forêt d'Analamazaotra, futaie 800 m alt., arbre de 15-20 m, *Perrier 6844*; sylve à lichens, environs d'Analamazaotra, 1000 m, arbuste, epiphyte à feuilles persistantes, fleurs jaunâtres, *Perrier 6845*; Analamazaotra, usages: bois de construction, *D'Alleizette 656 M*; in vicinioribus stationis silvanae Angavokely, in residuis exiguis florae nativae, 1500-1700 m: scandens grandis, postea dicitur arborea, ramulis teretibus atro-viridibus, foliis coriaceis discoloribus intense virescentibus superne, umbellis compositis terminalibus incipientibus, *Bernardi 11605*; Analinovohidaky-Ivato, Ambositra, *S. F. 7321*; environs d'Ambositra, rocailles vers 2000 m alt., gneiss, arbre très rameux de 4-10 m, *Perrier 6852*; rochers d'Andrambovato, E de Fianarantsoa, 1100 m, arbuste, *S. F. 249* (legit *Capuron*); canton Mahozony, district Ambavalao, *R. N. 9185* (legit *Rakotavao*); canton Sandrinsoa, Ambalavao, *R. N. 9851* (legit *Rakotavao*).

CENTRE-SUD: bassin de l'Itomampy, mont Papanga près de Befotaka, rochers siliceux, 1300-1700 m, *Humbert 6958*; massif de l'Ivakoany, pentes orientales, 1250-1550 m, forêt ombrophile, arbre, fleurs vert-jaunâtres, *Humbert 12176*; massif du Beampingaratra, col de Vohipaha, forêt sur latérite de gneiss 1100-1400 m, *Humbert 6637*; massif du Kalambatitra, mont Analatsitendrika, 1650-1850 m, forêt ombrophile sur latérite de gneiss, arbuste ou petit arbre, *Humbert 11934.*

HAUTES MONTAGNES: massif du Tsaratanana, sylve à Lichens, vers 2000 m, port de *Schefflera,* arbuste epiphyte, *Perrier 15288, 15566;* ibidem, forêt à sous-bois herbacé, vers 1700 m, grand arbre de 15-20 m, *Perrier 15567;* massif de Marojejy à l'ouest de la rivière Manantenina, affluent de la Lokoho, vers 1400 m, forêt ombrophile sur latérite de gneiss, *Humbert 22476*; ibidem, sylve à Lichens sur gneiss et quartzite, *Humbert 22607*; massif de l'Andringitra (Iratsy), vallées de la Riambava et de l'Antsifotra, restes de forêts, vers 2000 m, arbre, *Humbert 3726.*

LOCI HAUD INDICATI VEL IGNOTI: *Baron 1279, 4369;* Rahobevava, à 1300 m, arbre de 5 m, *Cours 4369.*

**2. Schefflera myriantha** (Bak.) Drake, Journ. de Bot. 11: 3. 1897. Viguier, Ann. Sc. Nat. ser. 9, 4: 91. 1906, var. **myriantha**
= *Cussonia myriantha* Bak., Journ. Linn. Soc. 20: 157. 1883; Harms in Engl. & Prantl, Nat. Pflanzenfam 3/8: 54. 1894.
= *Schefflera Humblotii* Harms, l.c.: 38. 1894; idem, Bot. Jahrb. 26: 244. 1899.
= *Neocussonia myriantha* (Bak.) Hutch., Gen. Flow. Pl. 2: 79. 1967.

ICON: Grandidier, Madag. Atlas 3: fig. 403. 1896.

Frutices, arbores parvae (ad 12 m altae) vel scandentes magnae per arbores maximas ! *Ramuli* crassi, cicatricibus annulatis, lenticellati, leves, cortice claro.

*Folia* glabra, membranacea raro sub-coriacea, digitata (5)7-9(11)-foliolata, petiolo communi sat robusto, terete, 10-15 cm longo, petiolulis 4-5 cm longis; foliola late ovata et cuspidata, raro elliptica, margine integerrimo, plerumque 10-15 cm longa, 6-9 cm lata, costa gracili parum prominente, nervis lateralibus 25 et ultra jugis, valde divaricatis rectisque: reticulum sat conspicuum, prominulum utrimque conspicitur. *Stipulae* ad petioli basim adnatae, magnae, ligulam ovatam intrapetiolarem 1 cm minimo longam efformant.

*Umbellae* compositae ad apicem ramulorum congressae – ternae, quaternae in speciminibus herbarii, in vivo verisimiliter numerosiores – sat robustae, ter (quater) decompositae; saepe ex media longitudine pedunculi communis (5-10 cm longi) umbella lateralis bis composita oritur; umbellulae extremae (4)6-8(10)-florae; bracteae parvae, lineatae, sat persistentes.

*Flores* glabri, pentameri, pedicellis plerumque gracilibus, robustioribus in nonnullis speciminibus montanis, saepe 3 mm, interdum ad 6 mm longis. Laciniae *calycis* minimae, ut denticuli acuti. *Petala* ovato-triangularia, 2-2,5 mm longa, 1 mm vel paulo magis lata, intus apiculum et lineam medianam offerunt. *Stamina* erecta, filamentis planis vix 0,5 mm, raro – ad ex. in *Leandri 2570* – 1 mm longis, antheris ovoideis, polliniferis, thecis ima parte separatis. *Stili* 5 erecti, contigui, attenuati. *Discus* ad centrum depressus.

*Fructus* (*Boivin 301/2*) globosi, 3 mm diametrales, ut videtur immaturi, stilopodio increto, conico, sat conspicuo, stilis tunc paulo divaricatis, apice stigmatico atro. *Pyrenes* cartilagineae, translucidae, parum sulcatae, ovulis ab apice pendulis.




Fig. 1. – Forma foliorum in speciebus:
a, *Schefflera myriantha* (Baker) Drake var. *myriantha*; b, *S. myriantha* (Baker) Drake var. *attenuata* Bernardi; c, *Humblotiana* Drake.

TYPUS: *Baron 2017,* sine loco.

DISTRIBUTIO. COMORES: Grande Comore, vicinioribus pagi Maoueni, ad septentrionem insulae in silva La Grille, 850-900 m, scandens maxima foliis 5-10-foliolatis, frequens in arboribus proceris, *Bernardi 11681.* Anjouan, "arbuste forêt", *Lavanche 63; Humblot 1469* s/l.

MADAGASCAR, CENTRE-NORD: Diego Suarez, arbrisseau des montagnes, fleurs blanchâtres, *Boivin 3011/2*; montagne d'Ambre, des Roussettes au Petit Lac, 1100- ex arbore occisa, ut videtur scandens, petiolis et petiolulis rubris, floribus incipientibus, *Bernardi 11979*; montagnes au N de Mangindrano jusqu'aux sommets d'Ambohimirahavavy, 1800-2000 m, forêt ombrophile sur latérite de gneiss, *Humbert & Capuron 25156 bis*; massif de Marivorahona au SW de Manambato, district d'Ambilobe, 1750-2244 m, forêt ombrophile sur gneiss, *Humbert & Capuron 25699 bis*; Anjahanaribe, 1200-1600 m, *Cours 3714;* ibidem, 800 m, *Cours 3932.*

CENTRE: Angavokely, 40 km E de Tananarive, 1700-1800 m, forêt à mousses et lichens, végétation éricoïde, arbre 4-5 m, *Leandri 2570*; ibidem (? ) 1500 m, sur rocailles ombragées, arbuste ou petit arbre de 3-5 m, feuilles persistantes, fleurs verdâtres, *Perrier 12964.*

HAUTES MONTAGNES: forêt à mousses et à sous-bois herbacés, vers 1600 m, du Mt Tsaratanana, *Perrier 6886*; massif du Tsaratanana et haute vallée du Sambirano, 200-2200 m, sylve à lichens, *Humbert 18325*; ibidem, vers 2300 m, *Humbert 18363 bis.*

LOCI HAUD INDICATI VEL IGNOTI (verisimiliter ad Centrum insulae): *Baron 2017*; Manjakatompo, fleurs vertes, *Benoist 439.*

OBS.: Ut in Harms (1894 et 1899, ll.cc.) legitur, haec species valde similis nonnullis speciebus africanis conspicitur, praecipue – reor – *Schefflerae polysciadae* Harms. Nimis pauca specimina hujus speciei Genavae prae me offeruntur, ut mihi liceat statuere de utraque specie. Inter alia, specimina quidem *Humbert 18325* (Tsaratanana, 2000-2200 m) et *Schlieben 2948,* ex Uluguru regione, monte Lupanga, Tanzania, 2100 m, eamdem faciem ostendunt !

**3. Schefflera myriantha** (Bak.) Drake var. **attenuata** Bernardi, **var. nova**

Arbores (? ) florum structura et inflorescentiarum forma *Schefflerae myrianthae* var. *myrianthae* similes; foliolis ellipticis, utrimque attenuatis et acutis cito ab eadem separantur, circa *Scheffleram Frodinianam* admovent.

TYPUS: *Humbert 13575.*

DISTRIBUTIO. DOMAINE DE L'EST: itinéraire de Didy à Brickaville, forêt orientale, *Cours 4709, 4899.*

CENTRE-SUD: mont Itrafanaomby – Ankazondrano – et ses contreforts SW, haute Mandrare, forêt ombrophile des crêtes gneissiques, 1600-1963 m, *Humbert 13455;* massif de l'Andohahela, haute vallée de la Sakamalio, forêt ombrophile sur argile latéritique de gneiss et crêtes gneissiques, 1100-1900 m, *Humbert 13575.*

**4. Schefflera Humblotiana** Drake, Journ. de Bot. 11: 3. 1897 (non *Schefflera Humblotii* Harms in Engl. & Prantl, Nat. Pflanzenfam. 3/8: 38. 1894, quae est *Schefflera myriantha* (Bak.) Drake); Viguier, Ann. Sc. Nat. ser. 9, 4: 88-90, fig. 25. 1906.

ICON: Grandidier, Madag. Atlas 3: fig. 404. 1896.

Frutex vel arbor, *ramulis* teretibus, crassis superne compressis, cicatricibus annulatis (ut in *Schefflera monophylla*).

*Folia* digitata, glabra, petiolo terete, sulcato ob siccationem, 4-8 cm longo, petiolulis 1 cm longis, crassis; foliola (3)5-7 coriaceo-carnosa, anguste ovata, centrale valde majus 30-40 cm longum 3 cm latum, intermedia parum breviora, infera tantum 12-15 cm longa 2,5 cm lata; costa (cf. Viguier, l.c.) utrimque prominens, nervi laterales recti ascendentes, sat obsoleti, creberrimi; reticulum deest.

*Umbellae* compositae ad apicem ramulorum, structura simili *Schefflerae monophyllae,* tamen pedunculo communi – ex typo – producto, usque 14 cm longo ut videtur 18-20 cm altae, 12 cm latae; umbellulae 6-10 florae; bracteae persistentes, membranaceae, 2 mm circiter longae, acuminatae.

*Flores* pentameri, vetusti in typo conspiciuntur, perianthio destituti, pedicellis incretis ad 7 mm longis; ceterum flores in alabastro glabri, 7 mm totum longi, pedicello 2-3 mm longo. *Calyx* tantum ut margo membranacea libera receptaculi. *Stamina* erecta, parva, vix 1 mm superantia, filamentis brevissimis, planis, antheris ovoideis, polliniferis, dorsifixis. *Discus* ad centrum depressus. *Stili* 5 stipitiformes, erecti, contigui, vix 1 mm alti. *Ovarium* 5-loculare.

*Fructus,* in typo, valde immaturi et putrefacti.

TYPUS: *Humblot 640,* sine loco.

DISTRIBUTIO. CENTRE: lac Alaotra, chutes de Maningory, rive droite, sentier de crêtes, bois et tavy, *Homolles 543.*

CENTRE-SUD: Soanierana (?), Ivongo, arbre, *S. F. 2465.*

OBS.: Species ut videtur rara, venusta, anatome foliarum magni momenti, fide Viguier l.c. Ex characteribus inspectis proxima *Schefflerae monophyllae,* amplissima distributione praeditae, videtur.

**5. Schefflera Frodiniana** Bernardi, **spec. nova**

Arbor (? ) montana, *ramulis* erectis, robustis, atris, in sicco sulcatis.

*Folia* digitata glabra, coriacea, 3-5-foliolata, foliola ut constat assurgentia, elliptica, apice retuso sed appendice costae confecto denique mucronulato; foliolum majus 10 x 4,5 cm, lateralia circiter 8 x 3 cm, margine in sicco undulato; costa utrimque prominens, gracilis superne, robustior inferne; nervi laterales supra obsoleti, 6-7-jugi, exiles, arcuati et incerti infra; reticulum venularum obsoletum supra, sat irregulare et debile subtus; petiolus teres, 15-25 cm longus, petiolulis 3-4 cm gracilibus, semiteretibus; petioli basis incrassata. *Stipulae* omnino indistinctae.

*Inflorescentiae* racemosae, robustae, erectae, rachide principali ad 25 cm longa, 3 mm diametrali, lignosa; umbellae laterales per rachidim inspersae sed in typo fere omnes delapsae, a cicatricibus alternis plerumque per axim manifestae; rachis a umbella 10-12 umbellularum solemniter coronata, radiis umbellarum 4-6 cm longis, sat robustis, sulcatis, bracteis minimis nonnumquam praeditis; umbellulae 25-30 florae, bracteis callosis, parvis et cochleariformibus ad basim.

*Flores* pentameri, in typo clausi, vix 4 mm longi, pedicellis sat carnosis, 7-10 mm, compressis et sulcatis, sensim ad basim receptaculi etiam sulcati, expansis. *Calycis* laciniae late triangulares vix notabiles. *Petala* fere 3 mm longa, 1,5 mm lata, carnosa. *Stamina* antheris polliniferis 2 mm longis basi interna oblique truncata, apice attenuato, filamentis debilibus vix 1 mm longis utrimque attenuatis, circa basim dorsalim antherae fixis. Stili (4)5 brevissimi, ne $^{1}/_{3}$ quidem mm longi, carnosi, contigui, conum efformant. *Discus* planus. *Ovarium* compressum (4)5 loculare; sectio ejus transversa ob compressionem elliptica conspicitur.

*Fructus* desiderantur.

TYPUS. SUD-EST: massif de l'Andohahela, forêt ombrophile des crêtes gneissiques, 1700-1950 m, *Humbert 13591.*

NUNCUPATIONIS CAUSA: Docto David Gamman Frodin, ex Chicago, vix hodie 29 annis aetatis, iam illustri in botanicorum orbe ob curiositatem activam in nonnullis familiis plantarum, noto itineribus arduis in terris calidioribus, perito florae Novae Guineae, alumno celeberrimi professoris Corner, scholae egregiae Botanicae Cantabrigieae, hanc speciem dedico. Ille enim specimen hujus speciei typicum et solum, tunc indeterminatum, ut verisimiliter speciem novam nota chirographa indicavit, Herbario Genavae inspecto mense Novembris 1968.

OBS.: Haec species propior mihi videtur ad africanas *Scheffleram abyssinicam* (A. Rich.) Harms et *Scheffleram Barteri* (Seem.) Harms quam ad Madagascariae *Scheffleram myriantham* et *monophyllam:* hoc praecipue patet ex inflorescentiis, in hac nova ut supra dicitur, digestis in racemis productis umbellularum. In seriem *Myrianthae* ergo hanc posui, cum revisio regionalis et non generica hic proditur.




Fig. 2. – *Schefflera Frodiniana* Bernardi
**a**, Ramulus florifer typicus; **b**, inflorescentiae axis cicatricibus umbellularum delapsarum; **c**, folium 5-foliolatum; **d**, folioli apex mucronulo costae subtus praeditus; **e**, umbellula 25-30-flora; **f**, flos corolla clausa; **g**, idem corolla avulsa; **h**, anthera dorsifixa; **j**, sectiones transversales ovarii 4-5-locularis

**6. Schefflera Bojeri** (Seem.) Viguier, Ann. Sc. Nat. ser. 9, 4: 116. 1906.
= *Cussonia Bojeri* Seem., Journ. Bot. 4: 298. 1866; Benth. & Hook., Gen. Pl. 1: 945. 1867; Harms in Engl. & Prantl, Nat. Pflanzenfam. 3/8: 54. 1894; Drake, Journ. de Bot. 11: 124. 1897.
= *Neocussonia Bojeri* (Seem.) Hutch., Gen. Flow. Pl. 2: 79. 1967.

ICON: Grandidier, Madag. Atlas 3: fig. 411. 1896.

Frutices plerumque 2-3-metrales, ramis atris depressis tortisque, raro arbores (fide *Seyrig 68*), saepissime lectis in locis montanis apertis, aridis ab igne vastatis. *Ramuli* divaricati, sat graciles, teretes, cortice leucophaeo vel ochraceo, opaco, lenticellato.

*Folia* plerumque trifoliolata, raro 4-5-foliolata, glabra, duro-coriacea, fragilia; foliola oblonga vel anguste obovata, mucronulata, basi attenuata, sessilia; foliolum centrale majusculum (4)5-7(8) cm longum, 1-1,4 cm latum, cetera paulo minora, sat divaricata; petioli graciles in sicco sulcati, canaliculati 3-5(6) cm longi, basi parum incrassata, *stipulis* valde obsoletis, cito delapsis.

*Ramuli floriferi* – in eodem specimine ! – breves, plerumque 5-10 mm longi, dense bracteati, rufo-tomentosi, vel productiores, 3-4(5) cm longi, bracteis separatis, tomento fere omnino delapso; ex apice quorum nonnullae inflorescentiae oriuntur, praecipue racemi graciles umbellularum, raro umbellae compositae; pedunculi et umbellae bracteati, bracteis triangularibus acutis, vix 1 mm; umbellulae etiam bracteatae, bracteis vix 0,5 mm; racemi 5-10 (usque 20 ! ) cm longi, umbellis plerumque ad apicem, pedunculo exilissimo 3(4) cm longo; umbellulae (6)8-10(15)-florae, pedicellis floriferis 5-7 mm, fructiferis 9-10(12) mm longis.

*Flores* pentameri, glabri, vix 3 mm longi. Laciniae *calycis* obtusae, minimae. *Petala* vix 2 mm longa, 1 mm lata, ovato-triangularia, carnosa, crassiora ad apicem intus uncinatum. *Antherae* dorsifixae, ovoideae, polliniferae vix 1 mm longae, filamentis tantum ad extremitatem attenuatis. *Stili* duo, brevissimi, conici, truncati, contigui; in alabastro iam basi sat vasta, quare *discus* tantum annulatus conspicitur; ad anthesim, increti, stilopodium conicum carnosum omnino ovarium tegens efformant. *Ovarium* 2-loculare.

*Fructus* carnosi, atri dicuntur in schedulis cum maturi, rotundi sed parum latere compresso et apice depresso, 3 mm alti, diametro majore 4 mm, minore 2-3 mm confecti a stilis minimis, divaricatis, extremitate stigmatica praeditis, stilopodio minorato, planiusculo, vix 1 mm diametri superante. *Pyrenes* duae, crassae, 3 x 2 mm cartilagineae et sat tenaces, profunde sulcatae, duobus sulcis arcuato-longitudinalibus; semina cum repleant pyrenes, etiam sulcata, sed albumine leve.

NOMINA VERNACULA: Ramy; Tsingila; Vantsilambato; Vantsilana, Vantsilakinasly.

TYPUS: *Bojer* s.n.: "Fructus baccatus niger, frutex 4 pedalis, in montibus provinciae Ermina": (G; specimen Herbarii Lutetiae non vidi).

DISTRIBUTIO. EST: itinéraire de Didy à Brickaville, forêt orientale, *Cours 4975.*

CENTRE: Angavokely, 30 km E de Tananarive, arbuste 2 m, *S. F. 592* (legit *Capuron*); ibidem, *Bosser 9586*; *Keraudren 5*; forêt à mousses et lichens et végétation éricoïde, arbrisseau à feuilles vert clair, *Leandri 3137*; mont Angavokely, près Carion, Imerina, savoka sur argiles latéritiques et granite, petit arbre, *Humbert 20893*; ibidem, *Hb. Jard. Bot. Tanan. 2485; R. N. 1520* (legit *Randriamanalina*); Ramainandro, Ankarotra, savane à tapia (= *Uapaca Bojeri* Baill.), arbuste 2-3 m, feuillage vert glauque, *Bosser 7578*; massif de Vavavato, district de Farotoiho, petit arbre, *Decary 15447*; Analabava, Manandona, Antsirabe, *S. F. 5317*; environs d'Antsirabe, col de Tapia, haute Sahatsio, 1600 m, *Humbert & Swingle 4647*; environs d'Ambatofinandrahana, Betsileo, bois des pentes occidentales, sur gneiss, 1400-1500 m, *Humbert & Capuron 28065*; Ambatofinandrahana, *Decary 17328*; montagnes à l'ouest d'Itremo ouest Betsileo, 1500-1700 m, *Humbert 28152*; entre Antsirabe et Ambositra, km 202, bois de Tapias, 1400 m, *Bosser 9865*; ibidem, arbuscula vel frutex ramis valde contortis, atris, foliis coriaceis discoloribus, floribus virentibus, *Bernardi 11594*; km 220, route du Sud, *Hb. Jard. Bot. Tanan. 224;* Fiavavane, Ilako, Ambositra, *Peltier 2161*; Andina, Ihadilanana, montagne Ambatonanahary, 1400-1800 m, arbrisseau 2 m, *Cours 5735*; Ampamaherana, Fianarantsoa, *S. F. 2755*; district d'Ambavalao, Salantsena (? ), petit arbre, *Keraudren 295*; ibidem, Sendrisoa, arbuste, *R. N. 2260, 3057* (legit *Razafindrakoto*); ibidem, Volutsaoka, arbre, *R. N. 9331* (legit *Rakotovao*); Sendrisoa, arbuste, *R. N. 10249* (legit *Ratoto Jean de Dieu*); Lanamandro, Ihosy, *S. F. 5595*; à côté de la route qui monte d'Ihosy sur l'Horombe, au bord d'un ruisseau, grand arbre de 30-40 cm $\phi$, petits fruits en septembre, *Seyrig 68*; Isalo, vers le km 710, 800 m, *Cours 5040*; plateaux et vallées de l'Isalo à l'ouest de Ranohira, grès et sables siliceux, 800-1250 m, *Humbert 29769;* massif de l'Isalo au col de Tapias, petit arbre, *S. F. 552, 18579* (legit *Capuron*); Isalo, 2e col de Tapias, vers le km 750, 1050 m, *Leandri 3495.*

CENTRE-SUD: Befolaka (? ) Betroka, *R. N. 1362* (legit *Ratoto Jean de Dieu*).

HAUTES MONTAGNES: massif de l'Andringitra, *Heim* s.n.; ibidem, vallée de la Riambava et de l'Antsifotra, pentes rocailleuses, éboulis, rochers siliceux, 2000-2500 m, *Humbert 3771*; ibidem, 2200 m, poussant sur rochers, fruits verts, *Morat 1327.*

LOCI INCERTI: vallée de l'Ikopa, *Decary 7565*; *Keraudren 126,* sine loco.

7. **Schefflera Favargeri** Bernardi, Bull. Soc. Bot. Suisse 76: 369, fig. 12, 13, 14 (pp. 389-391). 1966.

Tantum adde hanc speciminum lectorum distributionem, more Florae Madagascariae nuper ab optimo H. Humbert editae.

DISTRIBUTIO. CENTRE-NORD: massif du Manongarivo, vers 2000 m, arbre peu rameux, *Perrier 6863*; crête d'Antsahanombary à l'E de Mangindrano, vers 1700-1800 m, piste de Mangindrano à Marofomamo, arbre de 8-10 m, *S. F. 18719* (legit *Capuron*); vallée de la Lokoho, mont Beondroka au N de Maroambihy, sylve à lichens sur gneiss et quartzite, 100-1450 m, *Humbert 23498*; massif de l'Anjanaharibe, pentes et sommet N à l'ouest d'Andapa, haute Andramonta, bassin de la Lokoho, sylve à lichens, 1600-1800 m, *Humbert, Capuron & Cours 24826*; ibidem, petit arbre 3 m à feuilles épaisses cassantes, inflorescence verdâtre, *Cours 3835* (obs.: ut videtur, ex eadem, arbore quam praecedens !); ibidem, arbre médiocre 8-10 m, 15 cm $\phi$, feuilles coriaces submates dessus, mates dessous, *S. F. 935* (*Capuron* legit).

CENTRE-SUD: mont Itrafanaomby, Ankazondrano, et ses contreforts SW, forêt ombrophile et brousse éricoïde des crêtes gneissiques, arbre 6-12 m et plus, *Humbert 13511.*

HAUTES MONTAGNES: massif de Marivorahona au SW de Manambato, haute Mahavavy du N, district d'Ambilobe, forêt ombrophile et sylve à lichens sur gneiss, *Humbert & Capuron 25698*; mont Tsaratanana, sylve à lichens, 2000 m, arbuste ou petit arbre de 4-8 m, feuilles persistantes, fleurs verdâtres, *Perrier 3576* (typus); massif du Tsaratanana et haute vallée du Sambirano, forêt ombrophile sur sol siliceux, sylve à lichens, 2000 m, arbre, *Humbert 18320;* partie occidentale du massif de Marojejy, de la vallée de l'Ambatoharanana au bassin supérieur de l'Antsahaberoka, forêt ombrophile sur argile latéritique de gneiss et granite, 1400 m, *Humbert & Saboureau 31736.*

**8. Schefflera Halleana** Bernardi, Bull. Soc. Bot. Suisse 76: 371, fig. 15 (p. 392). 1966.

Descriptioni indictae addenda sunt: 1. Nervi laterales 5-6-jugi in typo; in ceteris speciminibus etiam 8-12-jugi. 2. Umbellulae 9-16-florae.

DISTRIBUTIO. CENTRE-NORD: vallée de la Lokoho, mont Beondroka au N de Maroambihy, 1000-1450 m, sylve à lichens sur gneiss et quartzite, *Humbert 23495* (typus); rocailles au sommet de l'Ambondrombe, 1900-2000 m, arbre de petite taille, *Hb. Jard. Bot. Tanan. 4605.*

HAUTES MONTAGNES: mont Tsaratanana, vers 2000 m, sylve à lichens, petit arbre 6-10 m, feuilles persistantes, *Perrier 6883*; ibidem, de 2000 à 2400 m, petit arbre 4-6 m, *Perrier 16127*; sommet oriental du massif de Marojejy, à l'ouest de la haute Manantenina, affluent de la Lokoho, gneiss et quartzite, 1850-2137 m, arbuste ou petit arbre, *Humbert 22697, 22700; Humbert & Cours 23787*; ibidem, arbuste 1 m plus ou moins rampant, à feuilles épaisses et cassantes, à nervure et petiole jaune brun, corolle verdâtre à l'extérieur, blanc légère-

ment verdâtre à l'intérieur, anthères blanches, la plante dégage une odeur de résine, *Cours 3488;* pentes orientales du massif de Marojejy, 1500-1700 m, *Humbert 22565.*

**9. Schefflera Capuroniana** (Bernardi) Bernardi, **comb. nova,** var. **Capuroniana**
= *Cussonia Capuroniana* Bernardi var. *Capuroniana*, Bull. Soc. Bot. Suisse 76: 360, fig. 6-7 (pp. 383-384). 1966.

Nuper in introductione causa generis mutationis praebetur. Adhuc tantum inventa in centro insulae: forêt d'Ambohitantely, sur la Tampoketsa d'Ankazobe, 1500-1600 m. Specimina haec adsunt: *S. F. 8415, 18022, 22650* (typus, legit *Capuron*); *S. F. 16810; Decary 7450; Humbert 11136 bis*; Arbor exilis 4-5-metralis foliis obhastatis, coriaceis, fructibus juvenibus, globosis, *Bernardi 11118.*

**10. Schefflera Capuroniana** var. **bracteolata** (Bernardi) Bernardi, **comb. nova**
= *Cussonia Capuroniana* var. *bracteolata* Bernardi, Bull. Soc. Bot. Suisse 76: 362. 1966.

Ad descriptionem in opusculo indicato addenta sunt: *Fructus* (ex *R. N. 3759*) ellipsoidei (2)3 rotunde sulcati, 3,5-4 cm longi, pedicellis angulatis exilibus 5 mm longis; basis stilopodii sat angusta; stili plerumque 3, ima parte connata, ceterum divaricati, graciles, in toto vix 1 mm superantes. *Pyrenes* naviculares, compressae, sulcatae, cartilagineae, translucidae; semina parum sulcata, albumine procul dubio leve, fere soluta a pyrenibus conspiciuntur.

NOMEN VERNACULARE: Vantsilana.

DISTRIBUTIO. CENTRE-NORD: montagnes au N de Mangindrano, haute Maevarano, jusqu'aux sommets d'Ambohimirahavavy, partage des eaux Mahavavy-Androranga, 1500-1600 m, forêt ombrophile sur latérite de gneiss, arbre, *Humbert & Capuron 24905.*

CENTRE: réserve naturelle de Zaramena, Ambotosoratra, Ambatondrazaka, *R. N. 3759* (legit *Botoalma*).

HAUTES MONTAGNES: sylve vierge des hautes altitudes, mont Tsaratanana, de 2500 à 2700 m, petit arbre 6-8 m, à tronc tortueux, feuilles persistantes, *Perrier 6881* (typus); massif du Tsaratanana, plateaux supérieurs et hauts sommets de l'Amboabory à l'Antsianongatalata, sol rocailleux, basaltes, 2300-2600 m, sylve à lichens, arbre, *Humbert 18430.*




Fig. 3. – *Schefflera Staufferana* Bernardi
**a**, Ramulus florifer typicus; **b**, folium nervis robustis; **c**, apex racemi, floribus congestis sed non umbellatis, corolla sat persistente; **d**, flos maturus, corolla avulsa, pedicello subangulato, stilis contiguis brevibus; **e**, anthera dorsifixa; **f**, sectio transversalis ovarii 5-locularis.

**11. Schefflera Staufferana** Bernardi, **spec. nova**

Arbores parvae, ut constat numquam epiphytae vel scandentes, *ramulis* robustis superne compressis et sulcatis, opacis, cortice claro, rugoso et lenticellato.

*Folia* simplicia, coriacea, sat spissa, obovata, interdum sub-obtrullata, crenato-serrata, dentibus plus minusve manifestis, laminis plerumque 8 x 3 cm, basi cuneata, margine revoluto; costa utrimque prominens, crassior subtus, nervis lateralibus alternis, 10-12 pro latere, patentibus, parum impressis supra, prominulis inferne, ad marginem furcatis; reticulum laxum debileque, prominulum infra, impressum – in sicco – superne; petioli robusti, semiteretes, sulcati, 1-2 cm longi, basi incrassata. *Stipulae* in speciminibus visis plerumque desunt, in typo tamen nonnumquam conspiciuntur, intrapetiolares, minusculae, vix 1 mm longae, ovatae pilosaeque.

*Paniculae* terminales, apertae, laxiflorae, ut constat foliorum longitudinem haud superantes, 8-10 cm longae, usque 8 cm latae; bracteae crebrae, per axes inflorescentiae inspersae, ad basim florum delapsorum vel praesentium, triangulares, concavae, atrae; ibi bracteolae binae minores saepe observantur, raro per pedicellum autem inspersae.

*Flores* pentameri, glabri, ad anthesim 4 mm longi, pedicello 3-5 mm, sulcato, subangulato. *Calycis* laciniae valde obtusae fere obsoletae. *Petala* carnosa ovato-acuta, 2,5 x 1 mm, vena mediana conspicua. *Antherae* ovoideae 1,5 mm altae, dorsifixae, filamentis gracilibus vix 1 mm superantibus. Receptaculum coriaceo-carnosum, (4)5 costatum, turbinatum; *discus* latus, ad marginem auctus et crenulatus; *ovarium* (4)5 loculare. *Stili* erecti, abrupte ex medio disco assurgentes, (4)5, contigui, curti, vix 0,3 mm longi.

*Fructus* (in *R. N. 9266*) sustenti a pedicellis incretis 8-9 mm longis angulatisque, rotundati (4)5 goni, 4 mm diametrales, stilis divaricatis exilibus macula stigmatica atra praeditis. *Pyrenes* 4-5, 3 mm longae, costatae, cartilagineae et tenaces, seminibus albis albumine leve; semina replent pyrenes et eisdem parum adhaerent.

TYPUS: *Humbert 6922.*

DISTRIBUTIO. CENTRE-SUD: Ambatomboay, Ivongo, Farafangana, arbre, *R. N. 9266* (legit *Rakotovao*); bassin de l'Itomampy, mont Papanga près de Befotaka, rochers siliceux, 1300-1700 m, corolla viridis, stamina albo-viridia, *Humbert 6922*; massif de l'Ivakoany, pentes orientales du massif, 1250-1550 m, forêt ombrophile, arbre, *Humbert 12177.*

LOCUS IGNOTUS: Rahobevava, vers 1250 m, arbre 5 m, *Cours 4324.*

NUNCUPATIONIS CAUSA: Ad memoriam diligentissimi, operosissimi Hans Ulrich Stauffer argoviensis, qui palam princeps studiosus *Santalacearum* hujus aetatis tantum opera "revisio Anthobolearum" erat, a familia et a confratribus botanicis Helvetiae funere acerbo abducebatur anno 1965 vitae suae XXXVI. Laudatum, desideratum a plurimis botanicis eumdem audivi ex locis remotis ut Adelaide, Sydney, Suva (insularum Vitiensium), Nova Caledonia etc., quocumque itinere ad Santalacearum specimina obtinenda optimus Stauffer anno 1964 transiverat.

OBS.: *Schefflera Staufferana* a me opinatur quasi pons inter species quae circa *Scheffleram monophyllam* concurrunt et illae quae ad *Scheffleram longipedicellatam* adsunt; forma inflorescentiarum clare cum *Schefflera longipedicellata* convenit; ovarium autem 5-loculatum eamdem haud procul a *Schefflera monophylla* suadet. Nulla quidem similitudo conspicitur erga species africanas *Schefflerae.*

**12. Schefflera Weibeliana** Bernardi, **spec. nova**

Arbor (? ) montana, *ramulis* atris, crassis, ad extremitatem compressis, scabridis, lenticellatis, cicatricibus semilunatis foliorum delapsorum notatis.

*Folia* valde coriacea, digitata, glabra, 3-4(an magis ? )-foliolata, petiolo valde robusto, terete, parum in sicco sulcato atque lignoso atroque, 15-20 cm longo, basi incrassata, stipulis ut videtur cum eadem fusis; foliola distincte petiolulata, petiolulis 2,5-3,5 cm longis, semiteretibus, superne costatis (id est: costa laminarum per petiolulum decurrit), anguste ellipticis, revolutis, manifesto crenatis, retusis, basi cuneata; foliola centralia majuscula, 14 x 4-4,5 cm, cetera 10 x 2,5-3 cm; costa robusta utrimque prominens, inferne valde crassior; nervi laterales gracillimi, 10-14-jugi, superne fere obsoleti; reticulum sat densum sed debile, observandum tantum in facie dorsali folioli.

*Paniculae* ut constat terminales foliis aequilongae, fere 30 cm longae, racemis patentibus ex medio rachidis, assurgentibus ad apicem; rachis ut petiolus robusta, bracteis parvis cochleiformibus sparsim praedita; racemi ad basim bracteati, 5-6 cm longi, per rachidem inspersi, ad apicem congressi, verticillum vel corymbum simulantes.

*Flores* in typo vetusculi, iuxta fructificationem, ut videtur pentameri, corolla staminibusque delapsis, pedicellis 3-4 mm longis base crassa, bractea ciliata praeditis; bracteolae duae, minimae, triangulares apice farinoso, inter se remotae per pedicellum semper observantur ! Laciniae *calycis* 5, sat conspicuae (quum comparantur cum speciebus hic oblatis). *Discus* ut annulus carnosus epigynus. *Stili* base connata crassa, 0,5 mm plus minusve alta, ceterum soluti, 0,6-0,8 mm longi arcuato-divaricati, attenuati, stigmatibus punctiformibus terminalibus. *Ovarium* 3-4 loculare, obovoideum, 3-4 sulcatum.

*Pyrenes* immaturae, papyraceae, translucidae, compressae, costatae, seminibus adhuc laminaribus.

Nota tantum ex typo.

TYPUS. NORD-EST: vallée de la Lokoho, mont Beondroka au N de Maroambihy, sylve à lichens sur gneiss et quartzite, 1000-1450 m, *Humbert 23433.*

NUNCUPATIONIS CAUSA: Probo, timorato, diligenti, assiduo Raimundo Weibel genavensi, Conservatori emerito Domus Botanicae Genavae, adhuc perseverantissimo ad revisionem generis *Elaeocarpi* producendam, hanc speciem dedico.




Fig. 4. – *Schefflera Weibeliana* Bernardi
**a**, ramulus florifer typicus; **b**, folium juvenile; **c**, flos juxta fructificationem; **d**, ejusdem pedicellus duabus bracteolis praeditus; **e**, stili ex alto visi, 3-4 divaricati.

OBS: *Schefflera Weibeliana* tam insignis et distincta mihi videtur, ut hic describatur, quamquam fructibus maturis, corolla androecioque destituta. Ab reliquis *Schefflerae* speciebus Madagascariae cito separatur ob foliola generose petiolulata, margine distincte crenato, fere lobato in juvenilibus. Oculo armato, pedicellis bracteolatis, stilis sat conspicuis valde divaricatis, procul dubio ab ceteris haec species discriminatur.

**13. Schefflera macerosa** Bernardi, **nom. nov.**

= *Cussonia racemosa* Bak., Journ. Linn. Soc. 20: 156. 1883; Harms in Engl. & Prantl, Nat. Pflanzenfam. 3/8: 54. 1894; Drake, Journ. de Bot. 11: 124. 1897.

Non: *Schefflera racemosa* Merrill, Journ. As. Soc. Straits 79: 30. 1918, ex Borneo.

(*Macerosa*, anagramma ex *racemosa*.)

Arbor 8-15-metralis et ultra, *ramulis* sat robustis, in sicco rugosis, cortice ochraceo, lenticellis crebris, cicatricibus foliorum delapsorum parvis.

*Folia* coriacea glabra, lucida, digitata, (3)4-5(6)-foliolata, foliolis sessilibus, articulatis, anguste ellipticis, crenato-serratis, retusis et mucronulatis, plerumque 10-11 x 1,5 cm, centralibus paulum longioribus; costa utrimque prominens, gracilior superne; nervi laterales tantum subtus observandi, gracillimi, incerti, 10-14-jugi; reticulum – ob siccationem ? – superne sat densum, infra fere obsoletum; petiolus robustus, usque 20 cm longus, basi incrassata, *stipulis* omnino obsoletis.

*Paniculae* terminales axi lignoso, robusto, 5 mm diametrali, suberoso, bracteato, bis-ter compositae (num quater in natura ?) valde immaturae in speciminibus prae, me 18 x 15 cm in typo, in ceteris minores; bracteae crassae, concavae, apice acutato, ciliolatae vel farinosae, vix 0,5 mm altae; bracteolae ad basim pedicelli stipatae, binae, minores quam bracteae sed similes.

*Alabastra* in toto vix 2,5 mm longa, pedicellis carnosis, sulcatis, laciniis *calycinis* 5, obtusis, *petalis* ovato-acutis vix 1 mm longis, carnosis, apice valde crassiore. *Antherae* immaturae, dorsifixae, filamentis brevissimis. *Discus* planus. *Stili* 2-3, erecti, soluti, attenuati. *Ovarium* 2-3 loculatum.

*Fructus* desiderantur.

TYPUS: *Baron 2015*, "Central Madagascar".

DISTRIBUTIO. SUD-EST: mont Itrafanaomby, Ankazondrano, et ses contreforts SW, haute Mandrare, 1600-1963 m, forêt ombrophile des crêtes gneissiques, arbre 6-15 m, *Humbert 13503*; massif d'Andohahela, 1700-1975 m, arbre 8-15 m et plus, *Humbert 13588.*

**14. Schefflera longipedicellata** (Lecomte) Bernardi, **comb. nova**
= *Cussonia longipedicellata* Lecomte, Madagasc. Bois Analamaz.: 117. 1922.

Arbor saepe parva, 8-metralis, semel inventa ut arbor 20-metralis (fide *Perrier 13763*). *Ramuli* robusti, fusci, teretes, opaci, lenticellis in typo obsoletis, cicatricibus foliaribus lunatis sat conspicuis, 4 mm latis.

*Folia* subcoriacea vel coriacea, glabra, subtus in sicco opaca, digitata, 3-5-foliolata; foliola valde variabilia inter specimina hoc epitheto hic praebita at saepe in eodem specimine quoque ! Semper sessilia et circa summitatem latiora in omnibus speciminibus invenientur; ceterum fere obcordata, vel apice distincte expanso, emarginato, retuso, imo apiculato vel mucronulato, margine plerumque integro sed nonnumquam sinuato vel in sicco undulato; basi semper attenuata, saepius cuneata; 7-9(10...) cm longa, 2,5-3 cm lata; costa utrimque prominens; nervi laterales debilissimi, 7-10-jugi, ascendentes, incerti; reticulum inferne laxum, exile, superne impressum, densiusculum; petiolus parum angulatus, sulcatus, 10-15(18) cm longus, basi incrassata, *stipulis* obsoletis.

*Paniculae racemorum* terminales vel laterales, ex ramulo florifero defoliato crasso – foliis delapsis manifestis a cicatricibus prope basim ramuli – ortae, plurimae (10-12 in typo) arcuato-ascendentes, in globo 20-25 cm altae, 12-15 cm vastae, multiflorae; panicularum bases bracteis destitutae observantur, racemi autem bracteati ab ortu et per rachidem, bracteis latis, curtis, apice scarioso.

*Flores* pentameri glabri, 3-5 mm alti, alabastro acuto, pedicellis carnosis, sulcatis, 3-5 mm longis, bracteatis et bracteolis binis basalibus praeditis; raro (vide ad ex. *Humbert 4776, R. N. 2376*) bracteolae alternae per pedicellum observantur. *Calycis* laciniae minimae, acutiusculae. *Petala* ovato-acuta, 2-3 mm longa, 1-1,5 mm lata, vena mediana conspicua, apice crassiore praedita. *Antherae* anguste ovoideae, 2 mm plus minusve longae, e medio dorso vel paullum superius affixae, filamentis 1,5 mm longis, ad verticem attenuatis. *Discus* carnosus, margine crenulato, versus centrum depressus. *Stili* 3, minusculi, erecti, contigui, attenuati, soluti. *Ovarium* generaliter 3 loculatum, rarissime biloculare.

*Fructus* saepe pedicello aequilongus, uterque 5 mm longus, nonnumquam pedicello usque 7 mm; plerumque 3-spermus, raro 2 vel 4, saepe in eodem specimine fructus (2)3 spermi observantur; stilopodium conicum crassum 0,5 mm altum, quam fructus diametrus angustius; pars soluta stilorum valde divaricata, plus minusve 0,5 mm longa, attenuata, cuspide stigmatica atra minimaque. *Pyrenes* coriaceae, valde sulcatae, areolatae, lacunosae extus intusque; quam ob rem seminum area, quae penitus ad pyrenem adhaerent, etiam plus minusve profunde areolata, sulcata, striata conspicitur. Hoc certe a seminibus area fere omnino aequata, vel tantum leniter sulcata, differt; sed hic semina albumine ruminato – more *Hedera* vel *Cussonia* – minime offeruntur ! Albumine leve, ab origine, semina hujus speciei – mea ratione – praedita sunt; compressione insequente contra pyrenem semina area plus minusve inaequali fiunt.

NOMINA VERNACULA: Taholandoha; Talandoha; Tokefaka; Tongotsirika; Vantsilana; Vantsilana lahy; Voantsilana; Voatsilambato.

TYPUS: *Thouvenot 56.*

DISTRIBUTIO. EST: vallée de l'Antsahabe, affluent de la Lokoho, forêt ombrophile sur gneiss et quartzite, 50-300 m, arbre, corolle vert pâle, étamines jaune soufre, *Humbert 23343*; vallée de la Lokoho, mont Ambatosoratra au N d'Ambalavoniho et de Beloka, gneiss et quartzite, transition forêt ombrophile sylve à lichens, 1300-1540 m, *Humbert & Cours 22899.*

SAMBIRANO: Tsaratanana-Ambanja, *S. F. 7442*; Manongarivo-Ambanja, *S. F. 7525*; sommet Antsatrotrobé, Ambanja, *S. F. 10466*; entre vallées Besanatrihely et Besanatribe, Beangona, canton Marovato, Ambanja, ligne de crête, sol argilo-sableux, 1000 m, arbre 8 m, écorce mince bariolée gris et brun, lenticelles abondantes, bois blanc et tendre, *S. F. 19116.*




Fig. 5. – Variato foliorum in una specie et in speciebus cum eadem affinibus: **L**, *Schefflera longipedicellata* (Lecomte) Bernardi (**a**, forma folioli saepius inventa; **a**, **b**, **c**, formae foliolorum quae in eodem ramulo saepe inveniuntur, nec non in speciminibus distinctis; **d**, forma folioli nonnullorum speciminum; **j**, forma juvenilis folioli); **V**, forma folioli *Schefflerae vantsilanae* (Bak.) Bernardi var. *vantsilanae*; etiam forma folii *S. Capuronianae* (Bernardi) Bernardi var. *Capuronianae*; **M**, forma folioli *S. macerosae* Bernardi; **W**, forma folioli distincte petiolulati *S. Weibelianae* Bernardi.

CENTRE-NORD: environs de Diego-Suarez, forêt d'Ambre, forêt ombrophile sur argile latéritique de basalte, 900 m, *Humbert 32013*; province de Diego-Suarez, des Roussettes à Ankazobe (? ), forêt plus sèche, *Homolle 150*; montagnes au N de Mangindrano, haute Maevarano, jusqu'aux sommets d'Ambohimirahavavy, partage des eaux Mahavavy-Androranga, 1500 m, forêt ombrophile sur latérite de gneiss, arbre, *Humbert & Capuron 24904*; Mangindrano, Bealanana, *R. N. 6631* (legit *Hjila*); Sarandrano, Andapa, *R. N. 7886* (legit *Cristophe*) Ankaizina, 1700 m, petit arbre, endroits ensoleillés, *Decary 1956.*

CENTRE: massif de l'Ambohimirahavavy, vers 1900 m, arbre 12-15 m, 25 cm $\phi$, *S. F. 963* (legit *Capuron*); Manankaza au NE d'Ankazobe, bois sur latérite, gneiss, 1500 m, arbuste ou petit arbre de 4-8 m, *Perrier 6849*; ibidem, *R. N.*

*1162* (legit *Harizo*); Ambohitantely, Manankazo, Ankazobe, *S. F. 7366*, Tampoketsa au N d'Ankazobe, forêt d'Ambohitantely et restes de forêts aux alentours, vers 1600 m, arbre, *Humbert 11059 bis*; mont Tsitondroina, forêt vers 1700 m, *Hb. Jard. Bot. Tanan. 4810*; Analamazoatra, *Thouvenot 56*; ibidem, *S. F. 7478*; *Louvel 19*; 1000 m, *Viguier & Humbert 1120*; Andranobé, Moramanga, *S. F. 5062*; Mandraka, *D'Alleizette 1058 M*; Angavokely, arbuste 3-4 m, *S. F. 591* (legit *Capuron*); Carion, *Hb. Jard. Bot. Tanan. 3382*; Ambatotsipihina, Ambatolampy, *S. F. 1013*; environs d'Ambositra, mont Vatomavy, rochers siliceux, 1500-1870 m, *Humbert & Swingle 4776*; Lehimena, Ivato, Ambositra, *S. F. 7324*; Sendrisoa, Ambalavao, *R. N. 2376* (legit *Razafindrakoto*).

HAUTES MONTAGNES: massif du Tsaratanana et haute vallée du Sambirano, forêt ombrophile sur sol siliceux, 1400-1800 m, arbre, *Humbert 18194 bis*; ibidem, vers 2000 m, *Humbert 18263 bis*; ibidem, forêt à sous-bois herbacé, vers 1700 m, arbre de 10-12 m à feuilles persistantes, *Perrier 15565*; versant E du massif d'Andringitra, vers 1200 m, forêt à sous-bois herbacé, grand arbre de 15-20 m, *Perrier 13763.*

LOCI INCERTI: montagne d'Ambatosoratra, 400 m, arbre 6 m, très ramifié, *Cours 3300*; Antanamalaza, *Hb. Jard. Bot. Tanan. 3524*; Oste-Imerina, Andrangoloaka, im Innern des Urwaldes, arbor stricta, *Hildebrandt 3681* (obs.: in Drake, Journ. de Bot. 11: 124. 1897, ut *Cussonia racemosa*); *Baron 3705*, sine loco.

OBS. 1. – Specimina sterilia, foliis 3(5)-foliolatis, foliolis linearibus, majusculo 12-15 x 0,8-1 cm, a me ut forma juvenilis hujus speciei considerantur, sic distributa:

CENTRE-NORD: montagnes au N de Mangindrano (etc., ut *Humbert & Capuron 24904*), 2000-2200 m, sylve à lichens sur gneiss, petit arbre, *Humbert et Capuron 25207 bis.*

CENTRE: Tampoketsa au N d'Ankazobe, forêt d'Ambohitantely, vers 1600 m, *Humbert 11092 bis*; ibidem, petit arbre, *Decary 7471.*

OBS.2. – Specimen *S. F. 5062* ex Moramanga, forma foliolorum fere obhastata, proximum *Schefflerae Vantsilanae* videtur; flores ineuntes tamen iam distincte pedicellati ad hanc speciem idem admovent.

OBS. 3. – Species ob distributionem, formam, copiam egregia inter alias, tamen descriptione omnino inepta adhuc producebatur; in Lecomte, l.c., tantum pauca gallica verba leguntur, praecipue de materia; in schedula herbarii Lutetiae notula manu Danguy vel Viguier exstat, qua discriminatio hujus speciei erga *Scheffleram vantsilanam* et *Scheffleram macerosam* (olim *Cussonia racemosa*) breviter praebetur. Series omnino naturalis mihi videtur constituere cum *Schefferis*: *vantsilana*, *macerosa*, *Capuroniana*, *Fosbergiana*, *Weibeliana.*

**15. Schefflera Fosbergiana** (Bernardi) Bernardi, **comb. nova**
= *Cussonia Fosbergiana* Bernardi, Bull. Soc. Bot. Suisse 76: 363, fig. 6,8 (pp. 383, 385). 1966.

Eadem causa, quae in introductione hujus opusculi invenitur, me impulit hanc speciem, una cum *Cussonia Capuroniana*, in *Scheffleram* immittere. Rursus et pluries seminibus inspectis, pro nihilo ruminatis inventis, vanitate inflorescentiarum characteris, minimo momento quoad numerus ovarii loculorum in *Schefflera* attinet... haec omnia simul me suaserunt.

DISTRIBUTIO. CENTRE-NORD: pentes orientales du massif de Marojejy, à l'ouest de la rivière Manantenina, affluent de la Lokoho, sylve à lichens sur gneiss et quartzite, 1500-1700 m, *Humbert 22597*; vallée de la Lokoho, mont Beondroka au N de Maroambihy, sylve à lichens sur gneiss et quartzite, 1000-1450 m, *Humbert 23439* (typus); vallée inférieure de l'Androranga, affluent de la Bemarivo, aux environs d'Antongondrika, massif de Betsomanga, végétation éricoïde du sommet, 1300-1500 m, *Humbert 24342*.

**16. Schefflera vantsilana** (Bak.) Bernardi, **comb. nova**, var. **vantsilana**
= *Cussonia vantsilana* Bak., Journ. Linn. Soc. 20: 156. 1883; Harms in Engl. & Prantl, Nat. Pflanzenfam. 3/8: 53. 1894; Drake, Journ. de Bot. 11: 124. 1897; Viguier, Ann. Sc. Nat. ser. 9, 4: 117, fig. 34. 1906[1].

Arbores 1-12(15)-metrales, ut constat – ex *Decary 5165* – parum ramificati; *ramuli* robusti, atro-fusci, parum compressi superne, fere lucidi, cicatricibus foliaribus callosis crebrisque notati, lenticellati.

*Folia* valde coriacea, fragilia, nonnumquam fere cornea, saepe in sicco atra, digitata, plerumque 5-foliolata; foliola insignia, cuneato-obhastata, superne truncata, dilatata, apice obtuso vel retusulo, saepe denticulo calloso confecti; basi cuneata, interdum tam ad petiolum attenuata ut foliola petiolulata videantur; 10 x (3,5) 4-5 cm foliolum centrale in typo adest, sed majora (18 x 7 in *Decary 5165* ad ex.) occurrunt; foliola plus minusve distincte articulata ad petiolum conspiciuntur; hic teres, sat robustus (10-15)20-30 cm, longus, saepe ad apicem geniculatus (quare opinare licet petiolos patentes et foliola ascendentia ita ut in crebis *Scheffleris* Novae Caledoniae occurrunt); petiolorum bases incrassatae, *stipulis* omnino obsoletis.

*Paniculae spicarum* terminales vel subterminales, axi primario lignoso, spicis arcuato-ascendentibus, plerumque quam folia breviores, quam latae longiores, in typo 18 x 7 cm.

---

[1] Figura 34 comparanda est cum fig. 24, l.c.: 86, pro *Schefflera Volkensii* Harms ex Africa orientali: utraque sectiones transversales petioli obstentat, quae – mea ratione – sat similes conspiciuntur !

*Flores* pentameri, glabri, sessiles (raro subsessiles vel interdum cum fructiferi, breviter pedicellati ! ) circa 4 mm, longi, bractea carnosa, concava, deltoidea, apice acuto, ciliolata, bracteolis binis oppositis, persimilibus bracteae, ad receptaculi basim stipatis, vix 1 mm altis. *Calycis* laciniae minimae, plus minusve acutae vel fere obsoletae. *Petala* ovato-triangularia, 2 x 1 mm, sat carnosa, apice parum incrassato. *Antherae* medio dorso fixae, 1,2 mm altae, apice parum emarginato, filamentis carnosis 1 mm longis, extremitate attenuata. *Discus* carnosus, 1,5 mm diametralis, margine crenulato, annulatus, stilopodio – in typo – parum iam manifesto in alabastris. *Stili* 2(3) erecti, parvi, attenuati, contigui, basi tantum parum connati, vix 0,5 mm alti. *Ovarium* 2(3) loculatum, carnosum, sulcatum.




Fig. 6. – Forma foliorum *Schefflerae vantsilanae* (Bak.) Bernardi: a, var. *vantsilanae*; b, var. *litoralis* Bernardi

*Fructus* carnosi fere globosi, 4-6 mm lati, parum compressi, brevissime pedicellati (pedicelli crassi exstant 0,5-1 mm longi), 2(3) stilis incretis circa 1,5 mm longis, dimidia parte soluta divaricata, attenuata. *Pyrenes* crassae, profunde sulcatae, areolatae lacunosae extus intusque; semina sulcata, plus minusve profunde areolata, albumine tamen haud ruminato (vide quod dicitur supra pro *Schefflera longipedicellata*)

NOMINA VERNACULA: Ambonambona; Vasilambato; Vantsilana à grandes feuilles; Voantsilana.

TYPUS: *Baron 1016.*

DISTRIBUTIO. EST: Titana (? ) Mamanare N, *S. F. 12869*; Manokambo (? ), forêt de l'est aux confins du pays Sihanaka, *Hb. Jard. Bot. Tanan. 2841*; Ifandana, Farafangana, arbre 8-10 m, 0,10-0,15 m $\phi$, touffe de feuilles au sommet surmontée des fleurs, feuilles dressées sur les pédoncules (sic) presque horizontaux, *Decary 5165.*

CENTRE: mont Ankaroka au SE du lac Alaotra, forêt ombrophile des crêtes gneissiques et argiles latéritiques, 1200-1400 m, arbre, *Humbert & Cours 17544 bis*; Ambatondrazaka, 800-1000 m, *Cours 911*; Befoga (? ) Perinet, *S. F. 1416;* Bemandrota (? ) Perinet, *S. F. 4396*; Analamazaotra, 800 m, forêt dense, *S. F. 17936*; Mandraka, Manjallandriana, *S. F. 10291*; Namorana, km 56, route Anosibe-Moramanga, *S. F. 7840.*

**17. Schefflera vantsilana** (Bak.) Bernardi var. **litoralis** Bernardi, **var. nova**

Arbores 10-15-metrales, *ramulis* crassis, luteis, teretibus.

*Folia* coriacea plerumque trifoliolata; petioli 18-25 cm longi, teretes, basi vix crassiore, stipulae tantum a cicatricibus ad petioli latera manifestae; foliola obovata, apice retuso, ab appendice calloso costae mucronulata, in sicco valde discoloria, lucida et fusca superne, flavescentia et opaca inferne; foliolum centrale majusculum, 12 x 3 cm, distincte petiolulatum, petiolulo 1 cm longo, cetera basi attenuata ad petiolum, vel petiolulo tantum 0,5 cm longo; petioluli haud cum petiolo articulati; costa sat robusta et prominens inferne, vix prominens superne; nervi laterales 9-12-jugi, ascendentes, incerti, graciles ut venulae; reticulum infra leve, sat densum, obsoletum superne.

*Paniculae spicarum* similes *Scheffleræ vantsilanae* var. *vantsilanae,* terminales, floribundae.

*Flores* usque 6 mm longi, petalis 3 x 2 mm, ceterum cum var. *vantsilana* omnino congruunt. *Ovaria* semper 2-loculata observabantur in speciminibus oblatis.

*Fructus* 8 mm longi, pedicellis crassis 1-2 mm. *Pyrenes* 5 mm longae, steriles adsunt.

NOMEN VERNACULARE: Voantsilana.

TYPUS VARIETATIS: *S. F. 17701.*

DISTRIBUTIO. EST: Tampolo, Ampasina, Fénérive, sol sablonneux, 3 m alt., arbre 10 m, 0,15 m $\phi$, écorce blanchâtre, rugueuse, bois employé en constructions rustiques, *S. F. 17701*; ibidem, *S. F. 19177*; forêt sublittorale sur sable, Tampolo au N de Fénérive, arbre de 15 m, *S. F. 18161* (legit *Capuron*).

OBS.: Varietas structura florum vix separanda a *Schefflera vantsilana* var. *vantsilana;* tamen forma foliorum cito dignoscenda, etiam numero foliolorum, petiolulis haud articulatis, margine plano.

## SPECIMINA VISA

OBS.:

**1** = *monophylla*
**2** = *myriantha* var. *myriantha*
**3** = *myriantha* var. *attenuata*
**4** = *Humblotiana*
**5** = *Frodiniana*
**6** = *Bojeri*
**7** = *Favargeri*
**8** = *Halleana*
**9** = *Capuroniana* var. *Capuroniana*
**10** = *Capuroniana* var. *bracteolata*
**11** = *Staufferana*
**12** = *Weibeliana*
**13** = *macerosa*
**14** = *longipedicellata*
**15** = *Fosbergiana*
**16** = *vantsilana* var. *vantsilana*
**17** = *vantsilana* var. *litoralis*

*Baron*

1016 = **16**
1279 = **1**
2015 = **13**
2017 = **2**
3705 = **14**
4369 = **1**

*Benoist*

439 = **2**

*Bernardi*

11118 = **9**
11594 = **6**
11605 = **1**
11681 = **2**
11979 = **2**

*Boivin*

301/2 = **2**

*Bojer*

s.n. = **6**

*Bosser*

7578 = **6**
9586 = **6**
9865 = **6**

*Capuron (S. F.)*

249 = **1**
552 = **6**
591 = **14**
592 = **6**
935 = **7**
963 = **14**
18161 = **17**
18579 = **6**
18719 = **7**
22650 = **9**

*Cours*

911 = **16**
3300 = **14**
3488 = **8**
3714 = **2**
3835 = **7**
3914 = **1**
3932 = **2**
4324 = **11**
4369 = **1**
4709 = **3**
4899 = **3**
4975 = **6**
5040 = **6**
5735 = **6**

*D'Alleizette*

656M = **1**
1058M = **14**

*Decary*

1956 = **14**
5165 = **16**
7450 = **9**
7471 = **14**
7565 = **6**
15447 = **6**
17328 = **6**

*Heim*

s.n. = **6**

*Hb. Jardin B. Tan.*

224 = **6**
2485 = **6**
2841 = **16**
3382 = **14**
3524 = **14**
4605 = **8**
4810 = **14**

*Hildebrandt*

3681 = **14**

*Homolle*

92 = **1**
102 = **1**
150 = **14**
543 = **4**

*Humbert*

3726 = **1**
3771 = **6**
6637 = **1**
6922 = **11**
6958 = **1**
11059bis = **14**
11092bis = **14**
11136bis = **9**
11934 = **1**
12176 = **1**
12177 = **11**
13455 = **3**
13503 = **13**
13511 = **7**
13575 = **3**
13588 = **13**
13591 = **5**
18194bis = **14**
18263bis = **14**
18320 = **7**
18325 = **2**
18363bis = **2**
18430 = **10**
20893 = **6**
22476 = **1**
22565 = **8**
22597 = **15**
22607 = **1**
22697 = **8**
22700 = **8**
23343 = **14**
23433 = **12**
23439 = **15**
23498 = **7**

*Humbert*

23945 = **8**
24342 = **15**
24570 = **1**
28152 = **6**
29769 = **6**
32013 = **14**

*Humbert et Capuron*

24904 = **14**
24905 = **10**
25156bis = **2**
25207bis = **14**
25698 = **7**
25699bis = **2**
28065 = **6**

*Humbert, Capuron et Cours*

24826 = **7**

*Humbert et Cours*

17544bis = **16**
22899 = **14**
23787 = **8**

*Humbert et Saboureau*

31736 = **7**

*Humbert et Swingle*

4647 = **6**
4776 = **14**

*Humblot*

640 = **4**
1469 = **2**

*Keraudren*

5 = **6**
126 = **6**
295 = **6**

*Leandri*

2570 = **2**
3137 = **6**
3495 = **6**

*Levanche*

63 = **2**

*Louvel*

19 = **14**

*Morat*

1327 = **6**

*Peltier*

2161 = **6**

*Perrier*

3576 = **7**
6844 = **1**
6845 = **1**
6849 = **14**
6852 = **1**
6863 = **7**
6881 = **10**

*Perrier*

6883 = **8**
6886 = **2**
12964 = **2**
13763 = **14**
15288 = **1**
15565 = **14**
15566 = **1**
15567 = **1**
16127 = **8**
18529 = **1**

*R. N.*

1162 = **14**
1362 = **6**
1520 = **6**
2260 = **6**

*R. N.*

2376 = **14**
3057 = **6**
3759 = **10**
4542 = **1**
6631 = **14**
7886 = **14**
9185 = **1**
9266 = **11**
9331 = **6**
9851 = **1**
10249 = **6**
12802 = **1**

*Seyrig*

68 = **6**

*S. F.*

1013 = **14**
1416 = **16**
2465 = **4**
2755 = **6**
4396 = **16**
5062 = **14**
5317 = **6**
5595 = **6**
7321 = **1**
7324 = **14**
7366 = **14**
7442 = **14**
7478 = **14**
7525 = **14**
7840 = **16**
8415 = **9**
10291 = **16**
10466 = **14**
12802 = **1**

*S. F.*

12869 = **16**
16810 = **9**
17701 = **17**
17936 = **16**
18022 = **9**
19116 = **14**
19177 = **17**

*Thouvenot*

56 = **14**

*Viguier et Humbert*

1120 = **14**

---

Adresse de l'auteur: Luciano Bernardi, Conservatoire et Jardin botaniques, 192, route de Lausanne, CH-1202 Genève.